

ne, qui tamen non videtur affirmare, quod is pater donaverit. Affertur & tex. l. 2. §. ult. ff. de priviil. cred. & idē habetur in l. si sponsa dotem. ff. de iure dot. vbi privilegium concessum doti, intelligitur etiam non secuto matrimonio, sed illud eo in casu contingit, quia alioqui mulier illa maneret indotata nec alteri posset nubere, sicuti subiungit Paulus in subsequenti lege. Id quod non contingit in casu nostro, in quo etsi non valet hæc donatio, non tamen manebit indotata filia, quam pater dotare omnino tenetur. l. qui liberos. ff. de ritu nup. Et adversus hæc extensionem repugnare mihi videntur l. promittendo. ff. de iure dotium. l. qui se debere, & melius. l. si donaturus. ff. de condit. causa data. & quod post alios scripsit Tirac. de retractu consang. §. 2. gl. 1. num. 54.

Declaratur secundum Castr. in cons. 346. Circa bona col. 2. vers. r. quia. l. r. vt habeat locum prædicta donatio, quando pater dedit genero causa dotis filia, vt illa soluto matrimonio actionem habeat. Et specialitas dotis est, hoc in casu (inquit Castrensis) quia in alijs actionibus ipsi patri acquiritur. Non autem hoc locum habet hæc donatio, quando pater donavit ipsi filia antequam nubat, vt ipsa det in dotem sibi donata. Non enim tunc acquiritur filia. Et hæc declarationem dixit Castrensis probari in d. l. Pöp. Philadelph. ff. fam. ercisc. l. i. & redditus eorum genero solui, si generi ibi extitit, ergo erat contra-ctum matrimonium, propriè loquendo.

82 Præterea accedit ratio, quia bona donata non possunt dici dotalia, & dotis causa data, nisi secutum sit matrimonium. l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condi. & demonstr. l. i. ante nuptias. Nisi dicamus, dici dotalia, ob destinationem. Dos enim dicitur, & dotis habet privilegia etiam ante secutum matrimonium, vt scribunt Doct. in rubr. ff. solut. matr. Verior itaque videtur ratio eiusdem Castrensis, quod si permissa esset donatio hæc ante matrimonium, facile fraus fieri posset legi, singendo causam dotis, vel donationis ante nuptias. arg. text. l. cum ij. §. si cum lis. ff. de transactio. Et hac ratione adductus, sic etiam respondit Socius. iun. in cons. 44. num. 3. lib. 1. immemor illius responsi Pauli Castrensis. Respondit sane Socinus, quod si pater aliquid donavit filia effectua vidua, nondum secundo nupta, non valet donatio, cum facile fieri posset fraus legi, & quia dici non potest dos, cum non adsit matrimonium. Crediderim hic multum versari prudentis iudicis arbitrium, qui considerabit, an verisimile sit, quod pater donaverit filia causa dotis, vt contrahere posset matrimonium.

Quartus casus, in quo pater potest donare filio, est quando pater donat ea studiorum, quibus filius carere non potest, vt studijs grammaticæ, iux. l. de bonis. §. non solū. vbi Bart. ff. de carb. edicto. & l. qui filium. ff. vbi pupill. educari debeat. Hoc sane casu valet donatio. Ita scripsit Crotus in d. l. frater, à fratre, nu. 37. ff. de cond. indebi.

86 Idem quando pater pater iam destinavit filium alijs studijs grauioribus. Nam tunc tenetur pater prestare ei impensas, & necessaria. Ita gl. in l. sed Iuli. §. quod dicitur. ff. ad Macedon. & in l. Macedoniani. in fin. C. eod. Bald. in l. omnimodo. §. imputari. C. de inoff. testam. & in spè affirmant Crotus in d. l. frater à fratre, num. 87. Ripa in l. in quartam, nu. 173. ff. ad l. Falcid. Ferdinand. Loazes in l. filiusfam. §. Diui, nu. 85. de leg. 1. Soc. in tract. fallen. reg. 103. fallen. 3. Rebuffus in tract. de privilegijs Scholariū. in privileg. 60. n. 2. Petrus Duenas in reg. 87. n. 1. & in reg. 223. in si. qui alios plures eiusdem opinionis recenset. Et si l. in d. l. frater à fratre. col. antepen. vers. quarta fallentia, secutus Imol. & Alex. dissentiat. Quorum quidem opinio intelligi potest, quando pater adhuc non destinavit filium studijs, subiungit tamen Iason ex sententia Bar. in l. iubeamus. C. de silentia. lib. 12. patrem donare posse filio pro impensis Doctoratus, cum illud efficiatur peculium quasi Castrense.

87 Quintus casus, in quo pater potest donare filio, est, quando patitur filium ipsum habere vsum fructum bonorum aduentitiorum. Qua de re scribunt Bart. in l. frater à fratre, in fin. ff. de cond. indeb. Bald. in l. 2. C. de inoff. donat. & in Auth. ex testamento, num. 9. C. de collat. Bald. Nouell. in tract. de dote, parte sexta privileg. 36. nu. 2. & alij quamplures, quos commemoravi in cons. 282. n. 32. l. 3. Crediderim nunc esse distinguendos aliquot casus, vt clarius, & dilucidius hæc traditio explicetur.

88 Primus est, quando pater nondum acquisiuit vsum fructum, sicuti quando ab initio noluit consentire filio adire hæreditatem, vel acceptare legatum, iuxta l. vlti. §. sancimus, & §. similique modo. Co. de bonis quæ liberis. Hoc sane casu pater potuit donare, seu remittere, quod non remittit, quod suum esset, sed dicitur non acquisiuisse, atque ita dici non potuit ille vsum fructum profectus iuxta l. profectus. §. si pater. ff. de iure dot.

89 Secundus est casus, quando pater tacite iam acquisiuit vsum fructum, hoc est, quando expressè non dixit, se consentire filio adire hæreditatem, sed passus est filium aliquot annos percipere, & habere vsum fructum ipsam. Hoc casu non præsumitur patrem donasse ipsam vsum fructum filio. Ita respondit Anch. in cons. 176. nu. 2. Ea est huius sententiæ ratio, quia hic tacitus patris consensus solum infert, quod voluit sibi acquirere vsum fructum, non autem repudiare. l. si filius. C. de pet. hæred. Et præterea accedit, quod taciturnitas non infert consensus, quando agitur de præiudicio, & amissione iuris sui. l. filiusfam. §. nuntius. ff. de procur. & l. qui vas. §. verare. ff. de furtis, & scribunt omnes in l. quæ dotis. ff. sol. matr.

91 Tertius est casus, quando pater iam expressè consensit filio adire hæreditatem, vel ipse pater aliquot annos percepit fructus, deinde passus est aliquod tempus filium percipere alios fructus, & dubitatur, an præsumatur patrem donasse filio fructus ab ipsomet filio perceptos. Et dicendum est, præsumi donasse. Ita probat tex. l. cum oportet. §. si autem res. C. de bonis quæ liberis. de quo dicemus infra. Et hoc casu cessant rationes Ancharani, quas superiore casu retuli. Non enim hic præsumitur patrem passum esse filium percipere fructus, vt consentiret filio adire hæreditatem, vel acceptare legatum, cum præsupponamus, iam ei expressè consensisse.

92 Quartus est casus, quando pater permisit filium habere aliquot annos fructus, deinde non amplius vult pati, quod habeat alios fructus futuros, an prohibere id possit pater. Et respondit Anchar. in d. cons. 176. num. 3. patrem prohibere posse. Idem scriperunt Castren. in d. §. si autem res. & Boer. q. 196. num. 3. & Antonius Gomez. in commentarijs ad leges Tauri lege 48. num. 20.

Ea vltus est rōne Anch. quia pater non dicitur donasse futuros, sed præteritos tantum. d. l. cum oportet. §. si autem res. Et præter Ancharanum accedit, quod consensus iste patris dicitur tacitus, qui restringitur ad actum factum, nec ultra extenditur. Decius in l. non vult heres esse, num. 10. ff. de reg. iuris. §. Atqui fructus futuri sunt quid diuersum à præteritis, argum. l. 1. §. interdum. ff. de vsum fructum accret. Ergo consensus iste præstitus respectu fructuum præteritorum, non infert donationem futurorum. Non enim pater patiendo filium percipere fructus illos dicitur renunciare iuri vsum fructus, sed solum illis fructibus perceptis.

94 Quintus est casus, quando pater ambigitur, an fructus illos præteritos, quos passus est pater filium percipere, præsumatur pater eos donasse filio donatione inter viuos, vel post mortem, an scilicet valeat dum pater vivit, vel morte eius tantum confirmetur. Recepta est opinio, præsumi donasse inter viuos. eamque donationem valere. Ita Bar. in l. frater à fratre, in fi. de cond. indeb. Bald. in leg. 2. C. de inofficio. donatio. & in l. cum oportet. §. si autem

autem res. C. de bonis quæ liberis. Crotus in d. l. frater à fratre, nu. 80. & ibidem Iaf. in l. i. lea. col. antepen. vers. 5. fillio & ibidem Cagn. num. 333. & Ascanius Clemens in tract. de patria potestate. effectū secundo num. 32. & alios plures commemoravi ac secutus sum in consil. 282. num. 32. lib. 3. Et his accedunt Butafatus in consil. 295. num. 3. lib. 3. & Franc. Beccius in consil. 113. numer. 7. Caldas in l. si curatorem. in verbo l. si. num. 148. Surd. de alimentis in vlt. part. q. 20. n. 22. Et primò adducitur text. d. §. si autem res.

Verum respondet Crot. probare contrarium. quia ibi post mortem patris alij fratres cohæredes non possunt petere fructus illos, id quod contingit, quia morte ipsius patris confirmata est donatio. Et constitutionem hæc diligentius infra perpendemus. Secundò ea ratione, & argumeto, quod vrgens, & pulchrum esse opinatus est Crotus, acquisitio vsum fructus non habet causam successivam, quia vsum fructus quocidie nascitur, & quotidie intermoritur, & extinguitur. l. 1. §. interdum. ff. de vsum fructum accret. si ergo pater à principio, vel ex post, remittit vsum fructum, non dicitur diminueri patrimoniū suum, sed dicitur non lucrari, id est non acquirere. Atqui quòd pater repudiat quod ei erat acquirendum, vt filio acquiratur, illud non est profectus, nec ex post, remittit vsum fructum, sed aduentitium. l. profectus. §. si pater repudiavit. ff. de iure dotium. Ergo cum sit aduentitium, potest consistere donatione inter patrem, & filium.

Caterum crediderim, non vrgens, sed leue esse Croti argumentum, imò repugnare d. §. si autem. dum ibi dicitur, patrem non retinere vsum fructum. Ergo præsupponit iam acquisiuisse ipsam vsum fructum. Rursus dicit, patrem donare. Ergo suum erat vsum fructus.

Contrariam itaque opinionem probarunt Azo. in l. i. cum oportet. §. si autem res. C. de bonis quæ liberis & ibidem Bar. sibi parum constans: Anchar. in consil. 106. num. 5. & in consil. 176. num. 3. Boer. in q. 176. nu. 1. Et in puncto iuris hæc opinio verior mihi videtur. Nam regula stat, quod pater non potest donare filio inter viuos, vt diximus supra. Nec reperitur exceptus casus iste remissionis fructuum, ea propter a regula in dubio non est recedendum, vt post alios docuit Dec. d. l. 1. num. 7. ff. de reg. iuris. Et præterea tex. d. §. si autem res. probat, donationem hæc valere post mortem patris. Ita sane probant verba illa: Nullam post obitum eius licentiam, &c. & paulo post, ibi. Ita causa intelligatur, vt eundem vsum fructum post obitum patris ipse lucraretur, & accedit quod scribam in subsequenti præsum. n. 54. & ibi n. 57. dicam, an noceat creditoribus hæc fructuum remissio.

97 Sextus casus, in quo pater potest donare filio est, quando pater est Princeps. Nam eius donatio filio facta valet. Ita Oldr. in cons. 231. Aret. in l. placet. ff. de acq. hæred. Rom. in cons. 456. Iaf. in d. l. frater à fratre. col. antepen. in sexta fallentia. ff. de cond. indeb. Dec. in Auth. ex testamento. nu. 7. C. de coll. & alios refert Duenas in reg. 223. in l. fallentia. Verum Bal. in c. 1. si item sacramenta nu. 19. de pace tenenda. hoc verum esse intelligit, quòd princeps expressit, quod donatio facit ex suprema, & regia potestate, alioquin donatio est inualida. Nec præsumitur, quod Princeps & Rex vti voluerit regia potestate. Et Bal. secuti sunt multi, quos retuli in consil. 259. nu. 11. lib. 3. sed ibid. nu. 66. commemoravi Alexandrum, & Aleiarum dissentientes, affirmantesque verius esse, in dubio præsumi principem sic donantem vti voluisse regia potestate, quia si donaret, vt pater, non valet donatio. Et huius sententiæ ea est ratio, quia principis non ligatur lege positua. l. princeps. ff. de legib. & scripsi plura in d. con. 250. nu. 21. Et propterea video mus legem prohibentem virum donare vxori, non li-

gare principem. l. pen. C. de don. inter virum, & vxor. & lex quæ vult vsum fructum aduentitiorum acquiri patri, locum non habet quando princeps donat filio famil. l. cum multa. Co. de bonis quæ liberis. Hic tamen casus collocandus esset potius inter gesta principum, quam patrum erga filios.

Septimus casus, in quo pater potest donare filio, est, quando donavit ipsi filio pro eius legitima. Ita Ang. in l. si non mortis. ff. de inoffic. testam. quem secuti sunt multi congesti à Iafone in d. l. frater à fratre, in l. lectur. col. pen. vers. 7. limita. ff. de condic. indeb. & à Duena in d. reg. 233. In fallen. quinta. Et ij quidem adducti sunt eo responso d. l. si non mortis. a quo Iustin. de sumpt. l. si quando. §. & generaliter. C. de inoff. testam. Et quancumque Aret. in l. placet. ff. de acq. hæred. & in cons. 17. n. 4. scripsit, loqui de filio emancipato, cui pater donavit, attamē est diuiniatio, cum præsertim filius præsumatur esse in potestate. l. si filius. ff. de probat. Nec repugnat l. filium quem habentem. C. famil. erciscun. quam pendebat Aretius, quia varij sunt illius responsi sentia, & magis receptus videtur, quod ibi non fuerit facta donatio, sed concessio in peculium. Nil etiam vrget consideratio Roderici Suarez in l. quoniam in prioribus. in evidentialibus, num. 4. C. de inoffic. testam. cum dixit, in casu d. l. si non mortis. & d. §. & si generaliter. non disputari an valeat illa donatio, vel non, atque ita ibi non determinari: quod valeat, vel non valeat. Nil sane vrget consideratio, cum iuriconsult. in d. l. si non mortis. & Iustin. in d. §. generaliter. præsupponat pro constanti validam esse donationem. Et si esset inualida, dubio procul ipse filius deberet eam imputare in legitimam, quia verè essent bona patris annullata ipsa donatione. Rectius dici posse existimo, donationem illam valere ob id quod morte patris fuit confirmata, iuxta ea quæ diximus supra ex l. donationes quas parentes. C. de donat. inter vir. & vxor. In illis responsis d. l. si non mortis. & §. & generaliter. agebatur de excludenda in officiosi querela, ac de imputando ipsam donationem in legitimam, qui quidem actus post patris mortem solum petra tractantur. Affertur solet secundum argumentum ex eo ductum, quod pater tenetur post mortem relinquere legitimam filio, qui ob id dicitur ipse legitimæ creditor. leg. & quia. ff. pro soc. l. si quis legatum. in fin. ff. de falsis. & l. vlt. §. si autem. C. de curat. furio. & tradit Bart. in l. vlt. ff. de liber. agno. & probat l. vnic. C. de imponenda lucretiaua descript. lib. 10. Quando ergo pater donat filio pro legitima, dicitur potius soluere debitum, ante tempus, quam donare, & propterea valet sicuti in casu l. sed si vir. §. quod vir. ff. de don. inter virum, & vxor. quod responsum ad rem maximè facere, videtur, ducto argumento à donatione inter virum, & vxorē, ad donationem inter patrem, & filium, iuxta dict. leg. donationes quas parentes. Cod. de donat. inter virum, & vxor. Verum nec argumentatio hæc factis solida est, si quidem cum pater tenetur præstare filio legitimam filio, solum post mortem, vt diximus, & manifestè probant l. cum quo. §. vlt. ff. ad l. Falc. & l. quoniam nouella. C. de inoffic. testam. & tradit Bal. in l. lecti mortis. C. ad l. Falcid. ob id incertum est quanta esse debeat ipsa legitima, & fieri posse, quod vel nulla, vel tenuis esset, ob infortunia, quæ hominibus euenire solent. Non ergo potest pater soluere, quod incertum est. Id quod non contingit in casu d. l. si vir. §. quod vir. vbi erat certa quantitas in diem debita.

Tertiò itaque, & melius vrgere videtur, quod sicuti dotis causa donatum à patre, valet, vt diximus supra ex l. Pomponius Philadelphus. ff. famil. ercisc. Ita & donatio causa legitima, cum dos filio legitima sint quodammodo vnū, & idem. Nam dos legitima loco est, Bart. l. Titio centum. §. Titio genero, n. 6. ff. de cond. & demō. & scripsi in lib. 2. de arbitrarijs iudicium, casu 149. nu. 9.

Cæterum nec consideratio hæc defendi potest, cum ma-
107 gna sit in casu nostro differentia, et inter dotem, & le-
gitimam. Nam dos etiam vivente patre filia præstanda
est. leg. qui liberos. ff. de ritu nupt. Legitimam verò (vt
diximus supra) post mortem patris tantum. Cum ergo
pater donat causa dotis, dicitur solvere quod de præsen-
ti quodammodo solvere tenetur, cum verò donat pro
legitima, dicitur præstare quod incertum est post mor-
tem suam.

Quartò solet adduci traditio Bal. in l. illud, q. 3. C. de
sacrof. eccles. & apertius l. cum oportet. §. non aut. C. de
bonis quæ lib. cum dixit, patrem posse ante mortem suã
108 assignare et filio portionem sibi contingentem, & validam
esse assignationem. Verum nil ad rem pertinet, cum non
sit illa donatio, sed assignatio reuocabilis, quemadmo-
dum in specie scripsit idem Bal. in l. 3. col. 1. C. pro don.
& in l. quamuis. C. de fideic. quem secuti sunt post alios
Ruin. in conf. 95. in fin. lib. 5. Dec. in conf. 86. n. 8. & Pa-
rif. in conf. 34. n. 42. lib. 2.

109 Contrariam itaque opinionem aduersus Angelũ,
& sequaces probantur Franc. Aret. in l. placet. ff. de acq.
hæc. & in conf. 17. nu. 4. Dec. in conf. 76. nu. 7. & Paris. in
conf. 16. nu. 35. & 37. libr. 2. quos sequor. Et si sciam eo-
rum argumentationes nil virgere.

Primò Aretinus vsus est eo argumento, quod pater vi-
uens tenetur præstare alimenta filio. leg. si quis ex libe-
ris. in principio. ff. de liberis agnoscent. Et tamen pater
110 non potest et filio donare causa alimentorum. Ita Bal.
in l. 2. n. 5. in fi. C. de inoff. don. & alios refert, & probat
Antonius Corduba in d. l. si quis ex liberis. in princ. nu.
12. Ergo idem dicendum est in casu nostro. Non est so-
lida hæc argumentatio, cum probabilis sit, non autem ne-
cessaria Baldi auctoritas. Et præterea, ratio esse potest,

111 quod pro alimentis non possit donari, quia et dietim
alimenta debentur, & fieri posset quod donatione sta-
tim facta, is filius decederet, atque ita donatum seu da-
tum fuisset non debitum.

Secundò adduxit Iaf. tex. l. cum de bonis. Co. de don.
vbi si pater donat filio portionem bonorum suorum,
non valet donatio.

Verum respondetur, patrem ibi nõ donasse filio pro
legitima ipsius filij, sed simpliciter tantum, & ideo nimi-
rum si donatio fuit inutilis, & nulla. Et si dicatur saltem
valere debuit quo ad portionem legitimã, respondetur
eam non fuisse donatoris mentem. Et rursus habuit Im-
perator ille pro indubitato, donationem illam non con-
sistere, cum dixit non esse incerti iuris eam donationem
non valere, non enim ita cetti iuris esse, si pro sola legi-
tima donatum fuisset.

Tertiò citauit Iaf. l. si filia. §. si pater. ff. famil. erciscun.
& l. pen. §. si pater. ff. pro suo. Verum nil ad rem pertinet
cum non de donatione, sed de simplici diuisione loqua-
tur. Et illa valet tanquam dispositum in testamento. leg.
vlt. Co. famil. ercisc. Retinenda tamen est postrema hæc
Aretini, & sequacium opinio, quæ fulcitur iuris regula,
quod pater donare non possit filio, vt supra diximus. Nec
ab hac regula exceptus legitur hic casus, quando pater
donat pro legitima, est ergo regula standũ vt diximus
supra ex snia Decij post alios in l. 1. nu. 7. ff. de reg. iuris.

112 Octauus casus, in quo pater potest donare filio est et
secundum al quos quando ipse pater consentit vni filio-
rum donanti fratri suo bona, vel profectitia, vel alia bo-
na ipsius patris. Ita Oldr. in conf. 26. nu. 1. & Io. Andreæ
in additio. ad Spec. in tit. de instr. edit. §. porro, nu. 3. Ve-
rum dissentit reliqui et quos recensent Iaf. in d. l. frater

113 et fratre. prima lectura. col. vlt. in octaua fallentia. ff. de
cond. in deb. & Duenas in d. reg. 223. in 2. fallentia. qui-
bus assentior. Non enim illa ratio considerata ab Ol-
drado quidquam virget, cum dixit, consensum patris
quo ad hunc actum idem operari quod operatur eman-

cipatio quoad omnes alios actus. iuxta l. si permittente.
ad Macedon. & l. tam is. ff. de donat. causa mortis. Non
enim virget hæc consideratio, cum consensus isto patris
non operetur idem quod emancipatio. Nam hoc iure
nõ probatur. Et si ita esset multo fortius operaretur quã
ipsetmet pater donaret, quia videretur emancipare. Id
quod verum non est. Et qui non potest per se, nec etiam
potest per alium. Et præterea est aduertendum Oldra-
dum loqui in donatione causa mortis, sicuti aduertunt
Alex. in conf. 105. n. 3. lib. 1. & Dec. in conf. 245. n. 4.

114 Nonus est casus, in quo et valet donatio facta à patre
filio, quando scilicet pater donationem ipsam iuramen-
to confirmavit. Ita tradunt infiniti, propè quos longa se-
rie congescit Iulius Clarus. §. donatio. q. 8. ad finem. Exi-
stimo verius esse patrem ob iurandum teneri obser-
uare donationem, non tamen donatio ipsa est valida, si-
cuti ex sententia Cornei, & aliorum scripsit Coraf. in d.
l. frater à fratre. in fi. ff. de cond. in deb. qui effectus, &
differentiam recenset, quod contractus reddatur iuramẽ-
to validus, vel quod obseruari debeat, id quod declarat
& Iaf. in Auth. sacramenta puberum, nu. 38. C. si aduer-
sus vendit. Ita declarari possunt quæ scripsi in consil. 84.
num. 24. li. 1. Et hæc quidem sententia multo magis lo-
cum habet, quando pater donans expressè promittit, se
non recepturum dicta bona donata iure patriæ potesta-
tis, sed ea libera relicta filio. Ita Alc. in c. cum contin-
gat, num. 108. vers. 4. in fertur. de iure iur.

*Pater dando, vel tradendo, vel concedendo rem ali-
quam filio, quando ei donare, vel vt peculij loco
habeat, concedere præsumatur?*

S V M M A R I V M.

- 1 Donare pater filio emancipato expressè potest, nec in legitimã
imputatur.
Idem est in filio existente in potestate. num. 2.
- 2 Donatio facta filio in potestate, quomodo differat ab ea, quæ fi-
lio sit emancipato.
- 3 Donatio patris facta à his verbis, Dono filio meo pro centum, non
donatio, sed ab effectu venditio indicatur.
Idem est si repugnet subiecta materia. num. 5.
- 4 Donatio dicitur qualificata, si fiat à patre filio, vt in peculio ha-
beat.
- 5 Donatio non præsumitur in patre emente rem nomine filij si eã
non tradat.
Aliud est si rem emptam tradiderit. num. 8.
- 6 Res meo nomine empta, ante traditionem mihi non acquiritur
- 7 Emens nomine filij pater, non præsumitur de pretij restitutione
cogitasse.
Quod procedit etiam, quando pater filio pecuniam traderet, vt
emeret nomine suo, num. 11.
- 8 Donasse filio pater non præsumitur rem ipsius nomine emendo,
si inter filios magna insurgeret inæqualitas.
Item si extant coniecturæ, patrem donare voluisse, nu. 13.
Quæ autem sint coniecturæ illæ, n. 14. 15.
- 9 Donare filio præsumitur pater ipsius nomine emendo, dum cau-
sa subest fauorabilis.
Idem si pecuniam filio, vt emeret, tradiderit. num. 17.
- 10 Emens pater nomine filij, donare non præsumitur, si penes ipsũ
bona aduentitia, castrensia, vel quæsi, extarent. Aut adsint
aliquæ coniecturæ, quæ patrem donare noluisse demonstrent,
& num. 20.
- 11 Mater bonorum filij administratrix, ex bonis filij, non propriis
vt ipsum aleret præsumitur impendisse.
- 12 Libros pater emendo, & simpliciter tradendo filio, non donas-
se, sed in peculium præsumitur concessisse.
Idem si nomine filij eos emisset, sed non tradisset, n. 22.
- 13 Libros pater filio studiũ destinato emere, & tradere tenetur,
quæ tamen traditio donationem non inferi.

24 Dotare filia tenetur pater, non tamen dotando dos emen setur
donare.

25 Libro conferre, & communicare cum fratribus, quibus casibus
filius non tenetur.

26 Donare pater non præsumitur rem à se iam possessam, aut nuper
emptam, filio in potestate existenti simpliciter tradendo.

27 Castrum custodie causa in dubio præsumitur concessum.

28 Testamenti pars vna declarat aliam.

29 Donatio inter patrem, & filium, regulariter non præsumitur.
Idque præsertim, si utatur verbis donationem non denotantib.
nu. 31. Vel in traditione vsus sit verbis, quibus per modum
prouisionis se tradere dicat, nu. 32. Aut rem se dicat filio af-
signare, nu. 33.

30 Emancipatus filius comparatur extraneo.

31 Donare etiam filio vnico pater rem tradendo non præsumitur.

32 Actus alicuius duabus rationibus impeditus extantibus, vna
cessante impedimentum non tollitur.

33 Traditio patris facta filio etiam emancipato, non præsumitur
donandi animo facta.

34 Donationis actus in filio emancipato, patri donanti plus quam
in potestate existenti, præiudicialis est.

35 Emancipatio dissoluit vinculum patriæ potestatis, & iure Civili
inspecto, facit filium esse loco extranei.

36 Donare patrem voluisse, quæ verba significant.

37 Dare verbum, significat dominij translationem.

38 Concedo, verbum, dominium transfert, & donationem signi-
ficat in dubio.

39 Tradens pater pleno iure, & cum omni commodo, præsumitur
donare.

Idem si dicat filium ea portione contentum esse debere, nu. 43.

Aut quod possit ad libitum disponere, nu. 44.

Aut ad habendum tenendum, & faciendum quicquid placue-
rit, nu. 45.

Vel promississet ea in re legitimam defensionem, nu. 46.

Item si tradat cum clausula, omni meliori modo, & c. nu. 47.

Vel alijs verbis, quæ ex proœnio actus colliguntur, nu. 48.

Item si dicat se consignationem facere in possessione, & in pro-
prietate, nu. 49.

Item si dixerit, iure proprio, nu. 50.

Vel dimitto, & relaxo, nu. 51.

Et demum, si sibi vsufructum referuauit, nu. 52.

Tradita in re simpliciter, si filium fructus percipere, & libere
disponere pater permittat, donasse præsumitur.

Estque præsumptio iuris, & de iure, nu. 56.

Actus sequens animum præcedentem demonstrat.

Fructus sui natura sequuntur dominium.

Donatio facta à patre filio, non præiudicat creditoribus.

P R A E S V M P T. XXX.

Debitant nostri iuris interpretes, an, & quando pa-
ter præsumatur donasse filio, cum rem aliquam ei
dat, vel tradit, vel concedit. Existimo distinguendos es-
se aliquot casus.

Primus est, quãdo pater expressè dicit se donare et ip-
si filio suo iam à se emancipato. Hoc casu sine controuer-
sia donare dicitur. Ita Bal. in l. filia cuius, nu. 5. C. famil.
ercisc. Bar. in l. si donatione. C. de coll. & ibid. Dec. num.
38. ad fin. idè à fortiori affirmat sic, & Rip. in l. in quar-
tam, num. 169. ff. ad leg. Falcid. Et hæc quidem donatio
statim valet, & (inquit Ripa) propterea non imputabi-
tur ei in legitimam, l. si quãdo. §. & generaliter. C. de in-
offic. testa. Hic tamen casus recipit declarationes, quas
in subsequenti referam.

Secundus est casus, quando pater filio suo in potesta-
te et existenti, donare expressè. Hoc etiam casu sine cõ-
trouerfia donare dicitur. sic docuit Bart. in d. l. si dona-
tione, num. 4. C. de collat. & ibid. manifeste Dec. nu. 37.
Idem affirmant Bald. in l. filij cuius, nu. 4. C. famil. er-
cisc. & ibid. Salic. col. 3. vers. 2. igitur casu. Ripa in d. l. in

quartam, num. 170. Gratus in consil. 7. num. 22. lib. 2. &
Paris. in consil. 33. nu. 37. lib. 3.

Et idem est dicendum, quando pater vsus est alijs
verbis significãtibus donationem ipsam, vt copiosè di-
cemus infra in 1. declarat. vltimi casus.

Hæc aut donatio sic facta filio existenti in potestate, in
eo differt et ab illa facta filio emancipato, quod illa statim
valet, hæc verò ab initio non valet, sed morte patris cõ-
firmatur: vel nisi iuramentũ sit appositũ, quod quidem
reddit ipsam donationem statim validam, & in specie scri-
psit Ripa in d. l. in quartã, nu. 172. ff. ad l. Falc. & eo prius
Salic. in l. filia cuius, col. 4. vers. 1. casu quando. C. famil.
ercisc. Vel nisi etiam pater donauit filio Doctõri, vel Li-
centiato libros. Nam tunc statim valet ipsa donatio, vt
latè explicat Ripa in d. l. in quartam, nu. 170. & nu. 171.

Declaratur hic casus, vt locum non habeat, quando
effectus rei repugnaret verbis, vt si pater dixisset, Dono
filio meo pro centum. Nam hæc non præsumitur et dona-
tio, sed ab effectu indicari debet venditio. Ita simili
in casu docuit Bald. in l. 2. num. 2. C. commod. & in Ru-
br. C. de iure emph. in fin. Abb. in c. constitutus, col. pen.
de relig. dom. & in specie Dec. in l. si donatione, nu. 37.
C. de collat. Grat. in d. conf. 7. nu. 18. lib. 2. Idem est, quã
pater vsus est verbo, dono, sed tamè constat subiectam
et ipsam materiam repugnare. Nam, & tunc præsumitur
facta concessio ad vsum. Ita Bart. in l. 1. §. nec Castrenf.
nu. 4. vers. circa secundum. ff. de collat. bono. Dec. in d. l.
si donatione, num. 37.

Declaratur secundò, quando pater dixit se donare fi-
lio, vt id habeat et in peculio. Hec dicitur quidem dona-
tio, sed qualificata. Ita Bar. in d. l. si donatione, nu. 4. C.
de colla. & ibid. Dec. nu. 37. & idem docuit Bald. in Au-
th. ex testamento, nu. 4. C. de coll.

Tertius est casus, quando pater emit et fundum, aliã-
uè rem nomine filij emancipati, vel existentis in pote-
state, sed eã non tradidit. Hoc casu non præsumitur dona-
tio, sic docuit Bar. in l. 1. §. nec Cast. n. 2. de colla. bon.
& in l. si filij, in fi. C. de don. inter vir. & vxor. in l. dona-
tiones. §. pater. ff. de don. Bald. in l. filia cuius, nu. 6. C. fa-
mil. ercisc. Auth. ex testamento, num. 16. vers. sed quid si
pater. C. de colla. Sal. in d. l. si filia, col. 3. vers. 1. casu aut.
Comen. in conf. 60. cuidam filio studentis, col. 1. Dec. in
d. l. si donatione, nu. 37. vers. secundus casus, & col. pen.
num. 41. vers. ex supradictis. C. de coll. Et hic quidem ca-
sus locum habet (vt dixi) etiam in filio emancipato, si-
cuti in specie scripsit Sal. præcitato in loco.

Quartus est casus, quando et pater rem emit nomine
filij emancipati, vel existentis in potestate, & illam ei tra-
didit. Hoc sanè casu donasse præsumitur. Ita Bart. in d. l.
1. §. nec Castrenf. nu. 3. ff. de coll. bon. & in l. si filij, in fi.
C. de don. inter vir. & vxor. & clarus Dec. in d. l. si dona-
tione, nu. 37. vers. secundus casus. C. de collat. qui manife-
stè scripsit, duo hæc debere concurrere, quod res empta
sit nomine filij, & quod sit ei tradita. Ita docuit Ripa in
d. l. in quartam, nu. 173. vers. 2. casu. sic etiam respondit
Grat. in conf. 7. nu. 19. lib. 2.

Quam quidem assertionem existimant probari primo
l. filia cuius. C. famil. ercisc. quo tamen in textu de tra-
ditione nullum verbum.

Secundò afferri solet text. l. si filij. C. de don. inter vir.
& vxor. quo etiam in responso nullum est verbum, quod
emptione rerum facta à marito vxoris nomine, traditæ
fuerint res ipsæ à viro, ipsi mulieri, solum enim ibi dici-
tur, venditorem tradidisse marito emptori.

Tertiò melius confert l. 2. C. si quis alteri, vel sibi, cu-
ius verba hæc sunt, si emancipatis vobis, fundos quos
nomine vestro, cum in potestate ageritis, pater emerat,
tradidit, vel in possessione eorum voluntate patris fui-
stis, dominium acquisistis. Solet, & quarto allegari
tex. l. 1. C. de Castr. pecul. lib. 12. qui tamè mihi non pro-